UBI FERA SUNT

FABULA ET PICTURAE AB MAURICE SENDAK

UBI FERA SUNT

FABULA ET PICTURAE AB MAURICE SENDAK

TRANSLATA AB RICHARD LAFLEUR (A.K.A. "DOCTOR ILLA FLORA")

Bolchazy-Carducci Publishers, Inc.
Mundelein, Illinois USA

Ea nocte Maximus vestem lupinam gerebat et faciebat malum unius modi

Ea nocte Maximus vestem lupinam gerebat et faciebat malum unius modi

et alterius

et alterius

mater eius eum appellavit "FERUM!"
et Maximus dixit, "COMEDAM TE!"
missus est, igitur, ad lectum sine edendo quidquam.

mater eius eum appellavit "FERUM!"
et Maximus dixit, "COMEDAM TE!"
missus est, igitur, ad lectum sine edendo quidquam.

Illa ipsa nocte in cubiculo Maximi silva crescebat

Illa ipsa nocte in cubiculo Maximi silva crescebat

et crescebat—

et crescebat—

et crescebat dum de camara eius pependerunt vites
et parietes circumundique facti sunt mundus

et crescebat dum de camara eius pependerunt vites
et parietes circumundique facti sunt mundus

et oceanus praeterlapsus est cum cumba privata Maximo
et per noctem diemque enavigavit

et oceanus praeterlapsus est cum cumba privata Maximo
et per noctem diemque enavigavit

et in et ex hebdomadibus
et paene ultra annum
quo fera sunt.

et in et ex hebdomadibus
et paene ultra annum
quo fera sunt.

Et quando venit ad locum ubi fera sunt
terribiles fremitus fremebant et frendebant dentes terribiles

Et quando venit ad locum ubi fera sunt
terribiles fremitus fremebant et frendebant dentes terribiles

et volvebant oculos terribiles terribilesque ungues monstrabant

et volvebant oculos terribiles terribilesque ungues monstrabant

dum Maximus dixit, "SILETE!"
et ea domuit magico dolo

dum Maximus dixit, "SILETE!"
et ea domuit magico dolo

intuendi in omnes oculos luridos eorum sine semel conivendo
et territa sunt et appellaverunt eum ferocissimum omnium

intuendi in omnes oculos luridos eorum sine semel conivendo
et territa sunt et appellaverunt eum ferocissimum omnium

et fecerunt eum regem omnium ferorum.

et fecerunt eum regem omnium ferorum.

"Et nunc," clamavit Maximus, "turba fera incipiat!"

"Et nunc," clamavit Maximus, "turba fera incipiat!"

"Nunc desistite!" Maximus dixit et fera ad lectum misit sine cena. Et Maximus rex omnium ferorum erat solus et desiderabat adesse ubi aliquis eum quam optime amavit.

"Nunc desistite!" Maximus dixit et fera ad lectum misit sine cena. Et Maximus rex omnium ferorum erat solus et desiderabat adesse ubi aliquis eum quam optime amavit.

Tum circumundique longe abinde trans mundum
bona quae esset olfecit
desivit igitur regnare ubi fera sunt.

Tum circumundique longe abinde trans mundum
bona quae esset olfecit
desivit igitur regnare ubi fera sunt.

Sed fera exclamaverunt, "O, amabo te, noli abire—
comedemus te—te tantopere amamus!"
Et Maximus dixit, "Non!"

Sed fera exclamaverunt, "O, amabo te, noli abire—
comedemus te—te tantopere amamus!"
Et Maximus dixit, "Non!"

Fera fremebant fremitus terribiles et frendebant terribiles dentes
et volvebant oculos terribiles terribilesque ungues monstrabant
sed Maximus in cumbam privatam ingressus est et valefacto manum iactavit

Fera fremebant fremitus terribiles et frendebant terribiles dentes
et volvebant oculos terribiles terribilesque ungues monstrabant
sed Maximus in cumbam privatam ingressus est et valefacto manum iactavit

et ultra annum renavigavit
et in et ex hebdomadibus
et per diem

et ultra annum renavigavit
et in et ex hebdomadibus
et per diem

in noctemque sui cubiculi ipsius
ubi cenam se manentem invenit

in noctemque sui cubiculi ipsius
ubi cenam se manentem invenit

atque ea adhuc calebat.

atque ea adhuc calebat.